Quelle: https://manuscripta.at/?ID=9067
Copyright: Melk, Benediktinerstift



87

Incipit liber sacramentorum.

TE IGITUR CLEMENTISSIME PATER per Iesum xpm filium tuum dnm nrm supplices rogamus ac petimus. uti accepta habeas ac benedicas. Hæc dona. Hæc munera. Hæc sancta sacrificia illibata. In primis quæ tibi offerimus pro ecclesia tua sancta catholica. quam pacificare custodire adunare ac regere dignaris toto orbe terrarum una cum famulo tuo papa nro. N. ac antistite nro. N. Memento dne famulorum famularumq: tuarum. N. ac omnium circumastantium. quorum tibi fides cognita est ac nota devotio. qui tibi offerunt hoc sacrificium laudis pro se suisq: omnib: pro redemptione animarum suarum. pro spe salutis ac incolumitatis suæ tibi reddunt vota sua æterno deo vivo ac vero. Communicantes ac memoriam venerantes. In primis gloriosæ semper virginis Mariæ genitricis dei ac dni nri ihu xpi. Sed ac